



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

De Splendore. Capvt XXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

et aeterno iudici suo penas; & aliquas lania-
torum corporum praeferant cicatrices. Sce-
lestissime mortalium omnia perfectionis ma-
la, ita temperas, vt excludas, & in peccato ve-
niam, & in confessione martyrium.

Hae fulmina sunt. Quid vero ipse Hierony-
mus nemini in hoc stylo inferior, quomodo
Iouiniam exagitat?

D. Hiero.
lib. 2. aduer-
sus Iouinia-
num vhe-
ment.
Iouinianus
p. 111
Christum
Zenone
commutat.
Alicubi: un-
de Laodicea
ornatus.
Modis do-
scripto.
Agnatione
lus.
Idem in
Sabina-
nium.
Sabinianns.

Miror quomodo serpens lubricus, & Prote-
us noster, in variarum se mutat portenta for-
marum. Qui enim in coitu, & in turritate E-
picureus est, subito in retributione meritum
Stoicus efficitur. Hierosolymam Cithio, Iu-
daam Cypro, Christum Zenone commutat.

Ante nudo eras pede, modo non solum calci-
ciato, sed & ornato. Tunc pexa tunica, & nigra
subucula vestiebaris, fordidatus, & pallidus, &
callosam opeve gestitans manum, nunc lineis,
& sericis vestibus, & A rebarum, ac Laodicea
ornatus indumentis incedis. Rubent buccae, ni-
tet cutis, cona in occipitium, frontemque tor-
nantur: protensus est aqualiculus, insurgunt
humeri, turgit guttur, & de obesis faucibus vix
suffocata verba promuntur.

Et quo stylo Sabinianum perstringit epist.
III? (At tu bonae spei columen, exceua stimu-
lis inflammatus factus est mihi in arcum per-
uersum, & contra me conuiciorum sagittas
iacis. Inimicus tibi factus sum vera dicens.
Non doleo de maledictis. Quis enim nesciat,
nihil nisi flagitiosum tuo ore laudari, hoc plan-
go, quod te ipsum non plangis, quod te non
sentis mortuum, quod quasi gladiator paratus
Libitinae in proprium funus ornaris, & caet.
Diuus quoque Bernardus fluens alias lactea sty-
li amoenitate, ubi agit in hostes religionis, &
virtutis suis aculeis non caret. Aduerte vt in
pseudolegatum Antipapae rem gerat in qua-
dam ad Episcopos Galiae epistola.

D. Bernard.
contra fal-
sum legatum
Antipapa
Anacleto
victoriam
dia.

Quid nisi ante oculos vestros conantur, si
patimur proscribere Christum? Iam nouus ap-
ud vos suo Papae eudit legatus Episcopus, ne
soli sit sibi Papa. Nec mortuis successores; sed
vix inuafores tyrannica fretus potentia super
intrudit.

Nunquid autem talia gratis legatus acti-
tat pro Papa suo. En ille totam, vt is gloriatur,
Francia, atque Burgundiam legationi eius
antiquae superaddidit. Potest & adiungete si
vult Medos, & Persas, & medios fines Deca-
poleos. Quare non & ultra Sauromatas, & que-
cumque denique locum calcauerit pes suus,
suis si, quo rei vacuis nominibus gloriatur, O

homo non minus sine fronte, quam sine men-
te, nec Dei memor timoris, nec suae honesta-
tis, & caet. Quid Diuum Gregorium Nazianze-
num in Iulianum, & caeteros commemorantem
cum quibus profani non mihi videntur com-
parandi.

Hae virtus incitatur potius excoeso animi
vigore, & iustae iracundiae stimulis, quam a
praecipis pendeat. Obseruandum tamen non
temere hoc genus dicendi admittendum, sana-
ri multa diata, quae nequeunt Chirurgia, mau-
suetiora semper placere consilia, parum hone-
stum videri apud sapientes iuxta, hae tela con-
tra improbos peruicaces, & obstinatos neces-
sitate distringenda, cum alijs remedijs sanari
non possint. Praeterea curare oportet, ne ex tri-
uitijs maledicta sumantur, sed ea quae generosa
grauitatem spirent. Licetius autem in istis fer-
tur oratio, & plerumque etiam in calore inge-
nij noua verba comminiscitur, vt sunt illa De-
mosthenis *ιαμφορα* & *γαμματοχυρα*
quae nunquam dixisset, nisi iratus. Periodi cu-
randae non sunt: nam si in hoc genere periodos
elabores, perinde est (inquit Demetrius) ac si
vinctum hominem pugnare iubeas.

Vehemen-
tia non af-
fectat, o-
ratorios.
Demet.

Vehemen-
tia non af-
fectat, o-
ratorios.
Demet.
Ph. d. in libo
περι ερμηνει.

De splendore.

CAPVT XXXII.

Tertia virtus grauitatis ea est, quae ab Her-
mogene dicitur *λαμπρότης* splendor, qui fit
vbi orator nonnulla de se, & suis rebus gestis
magnifice praedicat. *επι τοις διαπραξοις τερ-
των, κ' ερ' οίς εστι λαμπρότης, ως αληθός:*
Nota ea tantum commemoranda, quae veram,
& solidam gloriam habere existimantur, alio-
qui, si quis se ob rem modicam iactantius effe-
rat, plus concitat risus, quam sibi conciliat gra-
uitatis, & cum omnis de proprijs laudibus ser-
mo ferme sit auditoribus importunus, tum
maxime is, qui virtutis, & gloriae fundamen-
tum non habet.

Splendor.
Hermog.
περι λαμπε-
της.

Ex quo dubium esse poterit, an ad grauita-
tem pertineat, sua commemorare, cum omnes
ferre tam sint alienarum laudum impatientes,
quam suarum auidi. Vt cum vbi causa postu-
lat, & ea sunt ab oratore gesta, quae sinceram
laudem mereantur, non est vanum commemo-
rare, imo saepe multum gratiae, & venustatis ha-
beret, modo aurea mediocritate temperetur. At-
que in eo fatendum est Demosthenem saepe Ci-
ceroni praestitisse, ille enim grauius admo-
nuit, dum,

Caus suis
quand. pos-
sunt.

Demosthe-
nes p. in
vbi iudi-
cans p. iudicis.



dum, & temperatè se laudat, vt in oratione περιεφάνη, vbi cum de suis laudibus esset dicturus artificiosissimè præfatur veniam & se aduersarij importunitate, in eam dicendi necessitatem compulsū ostendit, vt sine rerum gestarum suarum commemorazione non possit se defendere. Ad summum, quæ adfert aliqua moderatione lenit, & temperat, vt, εὐ λέει Ἐτερίστια τὴν πόλιν, οὐδὲ πλινθίοις ἐγὼ, οὐδὲ ἐπὶ τέτοις μέγιστον τῶν ἐμαυτῆ φρονῶ, ἀλλ' ἐὰν βέβη τὸν ἐμὸν τετχισμὸν. Non ego lapidibus, neque lateribus vibem munitur: non his de rebus, non ob hoc opus maximè glorior. Sed si meam voles munitiōnem, & cæc. At Cicero longè magnificentius, sed inuidiosius. (Ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis ciuitatis de coniaratorum nefarijs manibus extorsi. Ego facces iam accensas ad huius vibis incendium comprehendī, protuli, extinxi. Me Q. Catulus princeps huius ordinis, & auctor publici consilij, frequentissimo senatu parentem patrię nominauit. Mihi hic vir clarissimus, qui propè te seder. L. Gellius his audientibus ciuicam coronam deberi a rep. dixit. Mihi rogato Senatus, non vt multis bene gesta, sed vt nemini conferuata reip. singulari genere supplicationis Deorum immortalium templa patefecit) & cæc. quæ ibidem subtilissimè prosequitur, quæ licet grauiissima sint, sæpius tamen reperita non placent. Omnino considerandum est, quis & apud quos dicat, quibusue auribus audiatur.

Cicero est fusior.

D. Paulus su. laudat quomodo?

Mirificè D. Paulus hanc figuram pertexuit in illa nobili sua laudatione 2. ad Corint. 1. vbi Photius notat insipientem esse oratorem, qui vanè se iactat, & inaniter gloriatur. Qui autem de seipso, & magna dicit, & vera, idque causa vtilitatis animæ, videbitur insipientiæ verba dicere quantum ad speciem, & quæ prudentissimi sunt operatur, quod expertem rationis calumniam ob aliorum salutem, & incolumitatem despexerit.

De Vigore.

CAPVT XXXIII.

Vigor quid? animos.

EX ijs virtutibus temperatis quarta suboritur, quam Rhetores ἀκμήν nominant, quæ (vt ait Hermogenes) est μέγιστ' ἀπό

τ' τραχύτητ' & σφοδρότητ' & τὸ ὑπὸ τ' λαμπρότητ'. Virtus est perfectissima, quæ ex temperie asperitatis, vehementiæ, & splendoris emergit, vt Νόσημα γὰρ, ὡάντες Αθηναίοι, δεινὸν ἐμπέλωκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ χαλεπὸν, καὶ πολλὴν τιν' εὐτοχίαν, καὶ τῆς παρ' ἡμῶν πικρομένη διόωδρου. Morbus, Athenienses, inuasit Graciam grauissimus, idemque difficillimus, qui fortunam magnam, & vestram curationem requirit. Vt igitur ἀκμή ηλικίας, flos, & vigor ætatis appellatur, sic ἀκμή τῶ λόγου est viuida quedam, & flores oratio, quæ nihili humile, nihil repens, nihil demissum, aut otiosum habeat. Plena sunt exemplis apud Ciceronem omnia, maximè in Philippicis, in quibus maior est orationis vigor. Non est, non est vobis, Quirites, cum eo hoste certamen, eam quo aliqua pacis conditio esse possit: neque enim ille seruiturem vestram, vt antea, sed iam iratus sanguinem concupiscit. Nullus ei ludus videretur esse iucundior, quam cruor, quàm cædes, quàm autè oculos trucidatio ciuium, & cæc.

De Ambitu, S:ue Amplificatione.

CAPVT XXXIV.

QVinta virtus enumeratur ab Hermogene, quæ vocatur περιβολή. Latini orationem circumiectam reddunt, quæ quidem nullo pacto mihi differre videtur ab ea, quam ὀφθαλμὸν Dionysius Longinus appellat, quæ est, vt ait idem, συμπληρωτικὴ ἀπὸ πάντων τῶν ἐμπερομένων τῶν πράγματιν ὀρίων, καὶ τῶν ἰσχυροποιῶν τῆ βῆμιον ἢ κατασκευάζουσα. Est plenissima amplificatio ab omnibus locis, & adiunctis, quæ in rem cadere possunt, quæ frequentatione rerum, & commoratione orationem corroborant.

Hæc cum Hermogene consentiunt, qui περιβολήν ait fieri modo rem à genere tanquam quomodo fonte à thesi, scilicet ad hypothesein accedendo, sicut modo singulas discurrendo circumstantias, modo commorationibus varijs vtendo, ex quibus oratio sensim crescit, & leuionibus prætexta principijs ad summum efflorescit decus.

Prima autem amplificandi ratio est, quæ à Rhetoribus dicitur τ. περιβολή locorum explicatio, dici non potest quantum ad rationem amplificationis faciant, cum artificiosa subtilitate

Demost. περι τ. 1. 1. 1.

Cic. Phil. 1. 1. 1.

Ambitu quid? Longinus περιβολή.

su. ambitio modo 1. 1. 1.